

179 Quid verò, si chirographum vel instrumentum Pignori sit datum? Resp. id ipsum, quod in chirographo vel instrumento scriptum est, debitum scilicet aut res, super cujus Jure Personali vel Reali conditum est chirographum aut instrumentum,

oppignoratum censei juxta l. cum confect 2. Cod. Quas res Pignori &c. & ibi Brunneum. num. 4. & 5. Notum siquidem est ex l. emptorium 1. Cod. de Donat. per traditionem instrumenti rem ipsam censei traditam.

§. VI.

An fructus & accessiones Pignoris sub Pignore comprehendantur?

180 FRuctus Pignoris sub Pignore comprehendit, tamen non sint expressi specificè, traditur in l. Paulus 29. §. 1. ff. de Pignori. l. quamvis 3. Cod. Quas res Pignori &c. & ibi Brunneum. n. 1. l. qui pactus 1. & seq. Cod. de Pact. Pignori. Perez eod. tit. n. 1. & 2. Res tamen, ex fructibus comparata, non censetur esse Pignori supposita d. l. quamvis 3. quia, quod furogatum sapiat naturam ejus, cui furogatum est, non procedit extra materiam juris & judicii universalis, præterquam in casibus, à Jure expressis. Quin etiam, non obstante nexu Pignoris, fructus liberè possunt consumi & vendi. Bachov. d. lib. 2. cap. 10. in princ. excepto casu, quò specialiter sunt hypothecati; in quo eventù consulenda est l. conventio 1. §. 2. ff. de Pignori. & conferendus Bachov. d. l. cap. 11. per ros. 182 Quoad accessiones Pignoris sequentia sunt notanda. I. si fundus oppignoratus per alluvionem sumat incrementum, id, quasi accessorium, sequitur naturam fundi, ceu principalis, & induit qualitatem Pignoris l. si convenierit 18. §. 1. ff. de Pignori. act. l. si fundus 16. in 183 pr. ff. de Pignori. II. si dominus nude

proprietatis rem oppignoraverit, & usufructus accesserit proprietati, is una cum proprietate censetur onere Pignoris affectus d. l. si convenierit 18. §. 1. III. si fructuarius usufructum Pignori dederit, ac postea proprietate acquisiverit, non videtur quidem proprietatem Pignoris affluere: quia principale non imbibit qualitatem accessorii; nihilominus manebit Pignus in usufructu haud aliter, ac si ille per consolidationem cum proprietate nunquam extinctus fuisset. Bachov. cit. l. cap. 18. n. 1. quoniam iniquum esset, creditorem suò defraudari jure, quò debitoris conditio melior evaderet. IV. si res emphyteutica, consultò Dominò, transferretur in Pignus, dominium directum, postea conjunctum utili, perinde reputabitur oppignoratum; licet alius hujus rei effectus non possit assignari, nisi quòd Pignus ex persona emphyteute non possit amplius extingui. Bachov. cit. cap. n. 2. V. si area fuerit Pignori obligata, ædificium, aræ impositum, non minus obligatum erit per l. domo 21. ff. de Pignori. act. quia ædificatum credit solo, solumque conditionem sequitur.

SECTIO IV.

De Effectu Pignoris.

SUMMARI A.

188. & seqq. Pignus afficit rem ipsam, & in solidum. 191. & seq. Debitor nihilominus rem oppignoratam valide potest vendere. 193. Alteri oppignorare. 194. Et fructus colligere. 195. & seq. Creditori licitum est, Pignus distrahere. 197. & seq. Sive primus sit, sive secundus sive possideat, sive non. 199. Pignus Judiciale distrahit Judex. 200. Pignus distrahitur post moram debitoris. 201. Et quidem statim, si hoc in conventionem fuerit expressum. 202. & seq. Si nihil sit dictum, prius est movendus debitor. 204. & seq. Si distractio in conventionem sit exclusiva, trina denuntiatio, sed sine expectatione biennii, per intervalla est opus. 207. & seq. Traditur modus distrahendi. 209. & seq. Ostenditur effectus distractionis. 212. & seq. Indicatur, ad quem accessus pretii spectet. 214. & seq. Docetur, quandònam creditor Pignus emere valeat. 217. & seq. Exponuntur media per sequendi Pignoris, speciatim actio hypothecaria. 221. Est Prætoriana. 222. & seq. Realis. 225. & seq. Datur creditoribus, & eorum hæredibus. 227. &

seq. Contra quemlibet Pignoris possessorem. 229. & seq. Tertius possessor habet beneficium excusationis. 132. Effectus hujus actionis est possessionis acquisitio. 233. & seq. Qui effectus impediri potest per solutionem debiti. 236. & seq. Actor debet præbare Jus Pignoris. 240. Et possessionem. 241. De Interdicto salviano remissivè. 242. & seq. De remedio retinendi Pignoris etiam pro alio debito quocunque. 245. De Jure Prælationis inter creditores. 246. & seq. Jus domini est omnium potentissimum. 252. Inter reliquos creditores assignantur 5. classes. 253. & seq. In prima classe ponuntur creditores specialiter privilegiati. 257. In secunda collocantur creditores hypothecarii, habentes singularem Jus prægativam. 258. Talis est Fiscus. 259. & seq. Mulier ratione dicit. 267. & seq. Qui crediderint in rem emendam, vel restaurandam. 269. & seq. Qui publicam hypothecam obtinent. 274. In tertia classe resident alii creditores hypothecarii, inter quos prærogativa temporis attenditur. 275. & seq. Qualescunque sint hypotheca. 286. & seq.

seqq. Prioritas temporis etiam ex momento spectatur. 287. & seq. Discernitur, quid Juris, si eadem res pluribus eò tempore obligetur. 291. & seq. In 4. classe numerantur

aut alii creditores chirographarii, sed privilegiati. 299. & seq. In 5. classe referantur nudi & non privilegiati chirographarii.

§. I.

De Jure Pignoris quoad rem ipsam.

188 EFFECTus Pignoris primus est, quòd afficiat rem ipsam, Pignori datam, & quidem totam, ac in solidum, nec cesset, donec creditori fuerit ex integro satisfactum per textum in l. rem hereditariam 65. ff. de Evictionibus. l. in executione 85. §. penult. ff. de V. O. l. quamvis 6. 189. unus 16. Cod. de Distract. Pign. Quomobrem, si debitor sit mortuus, & plures reliquerit hæredes, Pignus subsistit, esto unus ex hæredibus partem debiti solverit; sicut etiam, si plures sint creditores, & debitor uni solvat pro rata, Pignus in salvo manet d. l. unus 16. l. solutus 11. §. 4. ff. de Pignori. act. l. qui pro parte 1. Cod. de Luit. Pignori. l. manifesti 1. Cod. Si unus ex plurib. Bachov. de Pignori. lib. 190. cap. 2. n. 1. Ex eadem ratione si, cum fundus inter duos fratres, Titium & Cajum, esset communis, Titius cum oppignoraverit, & postea fundum cum Cajò certis regionibus diviserit, Pignus non tantum inhæret parti, quam Titius pro diviso possidet, sed etiam parti, quam possidet Cajus, non quidem ex toto, sed pro dimidia parte l. si consensit 7. §. ult. ff. Quib. mod. Pignus vel hypoth. quoniam Pignus, dum fratres adhuc in communione stant, constitutum, totum afficit fundum, & post divisionem non creditur immutatum. Bachov. cit. l. n. 2. 191 Interim Jus domini, quod habet debitor, per Jus Pignoris non admittitur, potestque rem

nihilominus (salvo tamen creditoris & Pignoris Jure) vendere, vel aliò modò distrahere, & illius dominium in alium transferre l. si dominium 9. Cod. de Pignori. l. si debitor 12. Cod. de Distract. Pignori. Cui non obstat, quòd supra in num. 36. monitum, debitorem, si rem speciale, Pignori obligatam, alienet, furtum committere l. si is 66. in princ. ff. de Furt. Hoc enim, ut colligitur ex hac ipsa l. dominium neque ex parte alienantis neque ex parte illius, in quem alienatur, impedit, sed tantum ex eo provenit, quòd debitor contra bonam fidem agere, & Jus creditoris deterius facere videatur. Bachov. d. lib. 3. cap. 1. n. 3. Adhuc debitori non est prohibitum, rem, uni jam obligatam, alteri rursus obligare l. & que 15. §. 1. ff. de Pignori. Ut tamen crimine stellationis se non obstringat, debet alteri creditori manifestare, quòd illa res jam uni sit obligata d. l. & l. si quis 36. §. 1. ff. de Pignori. act. Præterea cum res fructificet suo Domino, fructus rei pignorate non pertinent ad creditorem, sed ad debitorem l. si pignore 22. in pr. §. 1. & 2. ff. l. ex pignore 1. & seqq. Cod. d. l. &c. si aliquando creditor fructus percipiat, eos in quantitate fortis vel usurarum imputare tenetur per cit. textum, junctò cap. illo vos 4. cap. cum contr. 6. de Pignori.

§. II.

De Jure distrahendi Pignoris.

195 ALter effectus Pignoris est Jus distrahendi: nam Pignus creditori, debitor non solutò, distrahere licet, etiamsi nihil de hoc conventum fuerit l. si convenit 4. l. idque Juris 5. ff. de Pignori. act. l. qui pactus 1. Cod. de Pact. Pignori. Quin &, si conventum fuerit, nec Pignus distrahetur, inutilis est conventio per l. si sunt 1. & l. seq. Cod. Debitorem venditionem Pignoris impedire non potest: quia nature Pignoris adversatur. Ubi tamen 197 Queritur I. Quis Pignus distrahere possit? Resp. quòd distrahere possit creditor, & quidem primus, non secundus, nisi forte secundus, per oblationem pecunie, successerit in locum primi l. creditor 1. l. cum secundus 5. in pr. ff. de Distract. Pignori. Nec refert, an possideat Pignus, nec ne: nam, etsi non possideat, illud legitime distrahit; possessionem tamen, si debitor cedere non velit, autoritate Judicis tradere compellitur l. penult. ff. l. si in hoc 14. Cod. d. r. Brunni ad eand. l. n. 1. &

seqq. Verum hoc ita, si Pignus privatum & conventionale sit: nam Pignus Judiciale distrahit ipsemet Judex l. res ob causam 1. Cod. si in causa judicati Pignus. Lauterbach ad tit. ff. de Distract. Pign. §. 12. Queritur II. Quandònam Pignus distrahere liceat? Resp. post moram, in solutione commissam, quando scilicet vel terminus, solutioni destinatus, jam effluxit, vel nullò solutioni adjectò terminò, & creditor debitorem interpellavit l. cum solvenda 4. ff. l. si cessante 7. l. si in hoc 14. Cod. de Distract. Pignori. l. debitores 10. Cod. de Pignori. Ubi tamen videndum, utrùm in conventionem expresse sit adjectum, ut liceat Pignus distrahere; an nihil expresse; an pactum contrarium sit inicum, nec Pignus distrahetur. I. casu post moram protinus ad distractionem deveniri potest l. si convenit 4. ff. de Pignori. act. II. casu, priusquam distrahatur Pignus, vel creditor id debitori denunciare, vel Judex

Judex debet, & simul ab eo tempore bien-  
nium expectari l. ult. §. 1. Cod. de Jure Domini-  
imperr. Struv. exercit. ad pand. 26. ib. 44. Lau-  
terbach d. l. §. 7. Quamvis Brunn. ad d. l.  
ult. num. 11. Perez ad eund. tit. n. 5. Stryck  
in usu mod. pand. ad tit. de Distract. Pign. §. 7.  
doceant, cit. l. quoad expectationem bien-  
nii vel solum ad casum, quod creditor vult im-  
petrare Dominium, spectare, vel moribus

204 nostris non observari. III. casu pactum  
adjectum quoad substantiam per num. 196. est  
inefficax; operatur tamen, ut creditor di-  
stractioni Pignoris trinam denuntiationem  
præmittere teneatur d. l. si convenit §. ff. de Di-  
stract. Pignor.

205 Hancque denuntiationem  
per intervalla faciendam esse, frequentissime  
traditur ad DD. licet in spatio determinando  
multum discrepent; ut adeo securissimum  
sit, adire Judicem, & determinationem tem-  
poris ab eo petere. Miller ad Struv. d. l. lit. d.

206 Ut verò post trinam denuntiationem expe-  
ctari biennium, opus non est: deficit enim  
Lex & necessitas, veluti contra Struv. d. tit. 34.  
Welenbecium ad tit. ff. de Distract. Pignorum  
num. 4. concludunt Zoëf. ibid. n. 11. Eckold  
§. 3. Lauterbach §. 9. Miller ad Struv. l. cit.  
lit. d. Stryck d. l. §. 8.

207 Quæritur III. quomodo Pignus distrahen-  
dum sit?

Re b. ad distractionem duo requiri: pri-  
mum est, ut bonâ fide peragatur, & res justò  
pretiò veniat; quem in finem summopere  
conducit, debitorem advocare l. creditor 4.

208 Cod. de Distract. Pignor. ubi Brunne-  
man. n. 1. Alterum est, ut distractio fiat solen-  
niter l. que specialiter 9. Cod. d. r. id est, palam,  
& proposito programme, vel sub hasta.  
Vid Bachov. de Pignorib. lib. 3. cap. 23. n. 6.  
Lauterbach. cit. l. §. 5. Stryck cit. l. §. 9.

209 Quæritur IV. quis effectus sit hujus distra-  
ctionis?

Re sp. dominium rei distractæ perinde in  
emptorem irrevocabiliter transferri, quam  
si rem aliam emisisset l. non est novum 36. ff. de  
A. R. D. l. qui à creditore 18. Cod. de Distract. Pi-  
gnor. supposito, quod debitoris propria fue-  
rit.

210 Si enim aliena fuerit, transfertur usu-  
capiendi conditio arg. l. 1. ff. de Cod. pro empto-  
res; nec tamen, si evincatur, emptor adver-  
sus creditorem, bonâ fide vendentem, evi-  
ctionis nomine experiri potest l. cum jure 1. &  
l. 6. Cod. Creditorem evictionem Pignoris non debe-

§. III.

De Jure persequendi & retinendi Pignus.

217 Tertius effectus Pignoris est Jus, rem op-  
pignoratam persequendi & retinendi;  
seu remedia, pro ea re persequenda vel reti-  
nenda à Jure introducta.

218 Remedium persequendi juxta §. item Serviana  
7. Inst. de Actionib. est actio tum Serviana,  
quæ specialiter competit in casu, quod locator  
preædii rustici agit propter res, quas ipsi colo-

217 sed adversus debitorem agere cogitur,  
l. siob causam 13. Cod. de Evictionibus. Nul-  
lum ergo jus, ne quidem relictionis, superest  
debitori l. obligata 2. l. ult. Cod. si antiquior ere-  
ditor &c. præterquam si plures sint credito-  
res, & primus, seu antiquior, secundo, seu  
juniori, vendiderit Pignus: tunc enim debi-  
tori remanet dominium cum facultate re-  
luendi, & creditor non tam emisse dominium,  
quam Pignus confirmasse videtur l. cum secun-  
dus §. 1. l. cum posterior 6. ff. de Distract. Pi-  
gnor. Struv. d. exercit. 26. ib. 45. Miller ibid.  
lit. e.

219 Quæritur V. ad quem spectet residuum  
pretii, quod ultra quantitatem debitam ex re  
vendita fuit acceptum?

Resp. ad debitorem spectare, cui etiam  
competit potestas, excessum unâ cum usuris  
à creditore per actionem pignoratitiam repe-  
tendi l. ult. Cod. de Distract. Pignor. Perez eod.  
tit. n. 12. & seq. Ratio est: quia jus di-

220 strahendi non competit aliter creditor, quam  
ut debitam quantitatem consequatur: adeo-  
que quod residuum & ultra debitam quanti-  
tatem est, pertinet ad debitorem, seu domi-  
nium rei distractæ, non autem ad credito-  
rem.

221 Quæritur VI. an ipse creditor non possit  
emere Pignus; & quid, si nullus alius, qui ve-  
lit emere, reperitur?

Resp. l. creditorem Pignus neque à se me-  
ipso neque à persona interposita seu substitu-  
ta emere posse, sed vel à debitore, vel à Ju-  
dice emere debere. Textus in l. cum in causa  
judicatis 2. Cod. Si in causa judicatis &c. l. & qui  
10. Cod. de Distract. Pignor. ubi late Brunne-  
man. n. 1.

222 Ratiò est: quia in emptione  
& venditione, sicut in aliis conventionibus,  
requiruntur duæ personæ, moraliter & rea-  
liter distinctæ, venditor & emptor: ergo cre-  
ditor non simul vendere Pignus & emere po-  
test, sed, ut emat à debitore vel Judice, opus  
est.

223 Resp. II. si nullus alius, qui velit emere Pi-  
gnus, inveniat, ad eundem esse Principem,  
& dominium ab eo impetrandum, juxta so-  
lennitates, in l. ult. Cod. de Jure Dominiis im-  
petrando præscriptas; quæ, quia moribus no-  
stris, teste Perez ad eund. tit. n. 8. non sunt  
receptæ, videri possunt ex cit. l. ult. nec non  
commentario Brunn. ibid. & Bachovio de Pi-  
gnorib. lib. 3. cap. 31. per tot.

224 ferè usitatum esse, perhibet Stryck in usu mod.  
pand. ad tit. de Distract. Pignor. §. 2.

225 Describi potest actio hypothecaria, quod  
sit Prætoria, & realis, quæ creditores hypo-  
thecarii agunt adversus possessorem rei pi-  
gnoratæ, ut illius possessionem consequan-  
tur.

226 Dixi I. Prætoria. Ita enim & nomen actio-  
nis Servianæ, quod hausit à Servio Prætorè;  
& testimonium Imperatoris in d. §. item Serviana;  
& ratio ex num. 87. evincit, quod scilicet  
Jus Pignoris, vel maximè ex Jurisdictione &  
tutione Prætoris, tam quoad se quam actio-  
nem, exinde fluentem, producat per l. ma-  
jor annis 23. Cod. de Pignorib. Bachov. lib. 3.  
cap. 10. n. 3.

227 Dixi II. realis. Textus perspicui in l. si fundus  
16. §. 3. l. pignoris 17. ff. l. pignoris 18. Cod.  
de Pignorib. & ratio est: quia ex Jure Reali,  
quale est Pignus, actio realis descendit.

228 Nec officit, vel quod actio realis opponatur  
hypothecariæ in §. sed olim 2. in fin. Inst. de  
Legat. l. in rebus 10. Cod. de Jure Dor. vel quod  
actio pignoratitia, qualis appellatur hypotheca-  
ria l. in hac actione 3. §. 3. ff. ad Exhibend. l.  
rem alienam 4. ff. de Pignoratit. act. l. Titius 9. in  
fin. pr. ff. Quib. mod. Pignus &c. personalis sit

229 Nam actio realis opponitur hypothecariæ,  
non quatenus accipitur in genere, sed quate-  
nus accipitur in specie pro rei vindicatione &  
actione reali, quæ provenit ex dominio. Pi-  
gnoratitia verò in sensu lato vocatur hypothe-  
cæria, non quia hypothecaria est persona-  
lis, sed quia pignoratitia (quæ in sensu stri-  
ctiori, prout ex contractu Pignoris nascitur,  
personalis est) nonnunquam in ea considera-  
tione, quâ Pignus & hypotheca, ratione  
Juris in Re, non differunt, realis nuncupat-  
ur. Lauterbach ad tit. ff. de Pignorib. §. 64.  
& seq.

230 Dixi III. quæ creditores hypothecarii. Datur  
igitur hypothecaria creditoribus hypotheca-  
riis, eorumque hæredibus, & quidem, si plu-  
res sint hæredes, singulis in solidum l. manife-  
sti 1. Cod. Si unus ex plurib. hæredibus creditor, vel

231 debitor. partem &c. Licet enim actiones  
personales inter hæredes ex Lege XII. Tabu-  
larum dividantur; actio tamen hypotheca-  
ria, propter individuum Pignoris naturam,  
non dividitur, sed singulis in solidum compe-  
tit. Bachov. cit. lib. 3. cap. 2. n. 1.

232 Dixi IV. agunt adversus possessorem. Itaque  
non solum debitor actione hypothecaria con-  
venitur, si Pignus possideat, sed etiam alius  
quiscunque Pignoris possessor, sive id verè  
possideat, sive hæc, quia scilicet dolò posside-  
re desit l. si fundus 16. §. 3. ff. de Pignorib. Hæ-  
redes debitoris non quæ tales, sed quæ posses-  
sores, conveniuntur; & si plures sint, in so-  
lidum per textum & rationem in l. ult. Cod. d. r.

233 Si unus ex pluribus &c. Si tamen possessor  
tertius, qui debitor aut hæres non est, conve-  
niatur, habet beneficium excussionis, quò  
contra actorem excipere, & petere valet, ut  
priùs excutatur debitor principalis, & com-  
P. SCHMIDT JURISPR. CAN. CIV. TOM. II.

pellatur ad solvendum, quàm possessor sua  
possessione privetur Nov. 4. cap. 1. & 2. & in-  
de desumpta auth. hodie Cod. de Pignorib. Hoc  
que obtinet non solum in hypotheca genera-  
li, sed etiam speciali, sicuti contra Bachov. de  
Pignorib. lib. 3. cap. 17. n. 4. Brunne-  
man. ad l. ult. Cod. de O. & A. num. 3. rectè statuunt Struva,  
exercit. 26. ib. 38. Miller ibid. lit. g. Lauterbach  
ad tit. de Pignorib. §. 74. Textus enim in  
Nov. 4. cap. 1. & 2. non distinguit inter gene-  
ralem & specialem hypothecam; & Novella  
quoque 112. cap. 1. quam objiciunt Autho-  
res contrarii, non continet hanc distinc-  
tionem; imò nec verbulum habet de beneficio  
excussionis, sed tantum agit de hypotheca &  
districtione rei litigiosæ. Et licet Stryck 231  
in usu mod. Pand. cit. l. §. 4. contrariam opi-  
nionem dicat usi fore receptam; attamen,  
Lauterbach d. §. 7. pro nostra opinione in Ca-  
mera Imperii die 30. Maij 1665. judicatum  
esse, restatur. Casus exceptos, in quibus  
beneficium excussionis cessat, refert idem in  
§. 75.

234 Dixi V. ut illius possessionem consequantur. Ubi  
objectum actionis Pignoratitiæ simul &  
effectus indigitor, quòd nempe possessio rei  
pignoratæ petatur, & adjudicetur l. debitores  
10. Cod. de Pignor. l. si cum venditor 66. in pr. ff.  
de Evict.

235 Reus tamen hunc effectum  
impedire potest, si debitum offerat actori, &  
una petere, ut actor actiones suas ipsi cedat l.  
si fundus 16. §. 3. ff. de Pignorib. l. mulier 19. ff.  
Qui possit in Pignore l. si culpa 63. ff. de R. V. Ex  
quo Gail. 1. obs. 62. n. 8. & Struv. d. exercit.  
ib. 36. in fin. inferunt, à creditore, hypotheca-  
riam movente, libellum alternativè concipi-  
endum esse, ut reus aut Pignus restituat, aut  
debitum solvat. Sed nullam hujus alter-  
nationis necessitatem melius agnoscunt Ba-  
chov. d. lib. 3. cap. 18. n. 1. Lauterbach cit. l.  
§. 76. Stryck in usu mod. Pand. cit. tit. de Di-  
stractione Pignor. §. 2. quia ex una parte actio  
realis non tendit ad debitum personale, sed  
ad rem; ex altera verò parte facultas solven-  
di debitum, & effugiendi Pignoris redditio-  
nem, reo competens, non involvit necessita-  
tem id petendi vel præstandi.

236 Ut autem possessionem rei pignoratæ con-  
sequatur actor, duo probanda sunt; ex parte  
actoris Jus Pignoris constitutum; ex parte rei  
possessio. Jus Pignoris aliter est proban-  
dum, quando convenitur ipse debitor, ejus  
hæres, aut qui causam habet ab eo; aliter,  
quando convenitur extraneus. Primò de  
quidem casu sufficit probare, rem fuisse in bo-  
nis debitoris l. si superatur 3. in pr. l. & que 15.  
§. 1. ff. de Pignorib. cum debitor aut hæres il-  
lius, aut habens ab eo causam, nequeant  
actori quæstionem dominii referre, utpote  
turpitudinem propriam allegaturi arg. l. rem  
alienam 4. ff. de Pignorat. act. Nisi Pignus

237 gnus generale fuerit, ubi nec debitori nec  
ejus hæredi, nec habenti causam probrosum  
est dicere, rem, quæ hypothecariâ petitur,  
actione, in bonis debitoris non fuisse. Ba-  
choy.

chov. de *Dignorib. d. lib. 2. cap. 11. num. 2.*  
 239 Secundò casu, si extraneus ille rem oppignora-  
 ratam bona fide possideat, dominium probetur,  
 necesse est arg. l. ult. Cod. si alienares &c. quia  
 extraneus haud iniuste petit, ut, quòd oppignora-  
 ns rem iuste potuerit oppignorare, demonstrat.  
 Gail. 2. obf. 26. num. 5. Stryck in usu mod. cit. l. §. 3. & in tract. de Actionib. sect. 2. membr. 5. §. 7. Lauterb. ad tit. de Pignor. §. 69. Possessionem esse probandam, constat ex l. si fundus 16. §. 3. ff. d. t. de Pignor. Quia omnis actio realis persequitur rem, quatenus ab alio possessam. Stryck cit. membr. 5. §. 8. Lauterb. d. t. §. 73.  
 241 Cum actione serviana seu hypothecaria concurrat etiam interdictum Salvianum, seu remedium possessorum pro adipiscenda possessione Pignoris, de quo Stryck cit. membr. 5. §. 10. & seqq. & ego infra in cap. 6.  
 242 Remedium retinendi Pignoris est iusta exceptio, quã creditor hypothecario non tan-

tum ex causa debiti, pro quo Pignus est obligatum, sed etiam ex causa alterius debiti, cuius intuitu nullum est Pignus constitutum, tamdiu rem oppignoratam detinere, & agentem repellere licet, donec illius & usurarum nomine sit plene satisfactum, Rubrica & textus in l. un. Cod. Etiam ob chirographariam pecuniam Pignus teneri posse. Perez ibid. n. 2. l. per retentionem 4. Cod. de Usur. ubi Brunn. num. 3. Ratio est: quia, dum creditori hypothecario ratione alterius debiti competit actio, competit etiam exceptio, ex regula in l. inuitus 156. §. 1. ff. de R. J. ibi: cui damus actiones, eisdem & exceptionem competere, multo magis quis dixerit. Stryck in usu mod. ad cit. tit. de Distract. Pignor. §. 5. Excipitur casus, quòd creditor secundus offert primò pecuniam debitam: huic enim exceptionem, quòd debitor ex alia causa primo creditori quid debeat, non obesse, habetur in cit. l. un. ubi Brunnem. num. 9. & 10.

§. IV.

De Jure Prælationis.

245 **Q**uartus effectus Pignoris est Jus Prælationis, quòd creditoribus pignoratitiis seu hypothecariis competit ante creditores cæteros, quando debitoris bona non omnibus sufficiunt 1. ff. & Cod. Qui potior in Pignore &c. Ut autem hic effectus accuratè discernatur, præciendum est l. in concursu plurimorum creditorum illos omnibus anteceri, qui in bonis debitoris obtinent dominium; cum enim potèntissima & fortissima Juris Realis species sit dominium; illud prævalet omnibus aliis speciebus Juris per textum in l. bona fides 31. §. 1. ff. Depositi l. si ventri 24. §. 2. ff. de Reb. auct. Jud. possidend. l. bona mariti 1. Cod. de 247 Privileg. Fisci. Sic enim quoad rem dotalem, tam æstimatò quam inæstimatò datam, si adhuc extet, prælationem habet uxor, seu domina l. in rebus 30. Cod. de Jure Dot.  
 248 Sic, qui rem deposuerunt, commodarunt, aut locarunt, cum dominium retineant, quoad rem illam, si necdum consumpta sit, præcedunt omnibus aliis, qualemcunque hypothecam habentibus d. l. bona fides 31. §. 1. d. l. si ventri 24. §. 2. & arg. l. si quis 25. Cod. de Loc.  
 249 secund. Sic res, furtò ablata, domino præprimis, absque refusione pretii, est restituenda, tamen ad debitorem ex titulo, putativè iusto, pervenerit per l. incivilem 2. Cod. de Furt.  
 250 Sic venditor, qui vel dominium sibi reservavit usque ad solutionem pretii, vel fide de pretio non habità, rem tradidit, in re vendita potior & prior est omnibus aliis, utpote cum dominus mansisset censetur §. venditæ 41. Inst. de R. D. l. procuratoris 5. §. 18. ff. de Tribut. act.  
 251 Sic Ecclesie, Monasteria, & aliæ causæ piæ in rebus sibi donatis, legatis, venditis &c. anteferuntur, esto traditio, sine qua dominium adipiuntur, non accesserit l. ut inter 23. in pr. Cod. de SS. Eccles. Vid. Richer de Jure & Privileg. creditor. cap. 2. membr. 1. per tot. Præ-

nob. & Clariss. ac pluribus titulis mihi Colendissimus D. ab Arnold de Priorit. creditor. in prænotand. num. 5. & seqq. Lauterb. ad tit. de Privileg. creditor. §. 16. & 17. Struv. exercit. 44. th. 46. Miller in not. ibid. Præciendum II. inter creditores alios, qui domini non sunt, quosdam magis privilegatos inveniri, qui cæteris, esto tempore sint anteriores, anteponuntur; & idèò à perisque Cap. 2. membr. 5. n. 5. & seqq. Lauterb. ad tit. ff. in quib. caus. §. 9. D. ab Arnold cit. tract. classe 2. num. 1. pag. 40. Imò in contractibus quoque prælationem habet, non quoad omnia bona, sed quæ post debitum fiscale sunt acquisita l. si qui mihi 28. ff. de F. F. Zoëf. ad tit. ff. Qui potior in Pign. n. 15. D. ab Arnold d. l. n. 4. pag. 45.  
 259 II. præcedentiam habet mulier & ejus descendentes ratione dotis, in maritum translata, præ reliquis creditoribus, hypothecam anteriorem tacitam habentibus §. fuerat antea 29. Inst. de Action. l. ult. §. 1. Cod. Qui potior 260 in Pign. An etiam præferatur creditoribus, anteriorem hypothecam expressam habentibus? Aneeps & insignis est quæstio, in qua pro affirmativa sententia post Myungierum cent. 4. obf. 13. ubi præjudicium Cameræ refert. Bachovium lib. 4. cap. 12. n. 1. & alios pugnant Clariss. D. Collega Franz in Jurisprud. 261 quintupl. q. 13. d. n. 6. pro negativa verò, quam sæpius à S. Rota Romana decisam esse, traditur in annot. ad Decis. Rota in Recensor. part. 4. tom. 3. decis. 666. num. 94. & seqq. ac in praxi receptam, docet D. ab Arnold d. classe 2. n. 15. pag. m. 54. Itant Richter cap. 3. sect. 1. d. n. 10.  
 262 & alii. Quidquid verò sit de praxi, opinionem affirmativam in theoria jure prælationis gaudere, censeo l. propter textum lueulentium in cit. l. ult. in pr. & §. 1. Cod. Qui potior. in Pignor. ubi Justinianus, ut mulieribus impen-

I. Classis Creditorum.

253 **I**n I. igitur classe resident creditores, singulariter privilegiati, quales sunt l. quibus ali- quid debetur ratione sumptuum, in Judicio & processu edictali factorum, aut pro conservatione bonorum debitoris erogatorum. l. quod privilegium 8. ff. Depositi & arg. l. ult. §. 9. Cod. de Jure delibet. II. quibus aliquid debetur propter impensas funebres (quarum nomine denotatur, quidquid corporis causa, vel unguentorum, erogatum est & pretium loci. in quo defunctus humatus est, & si qua velligata sunt, vel sarcophagi & vultura, & quidquid corporis causa, antequam sepeliatur, consumptum est l. funeris 37. ff. de Religios. & sumpt. Funer. Stryck in usu mod. th. d. §. 59.) pro debitore, ejus uxore, vel liberis subministratas: nam impensæ funebres, quantum pro statu, conditione, & modo facultatum, à defuncto relictarum, sunt neces-

necessariæ, antequam omne creditum, & actione funeraria repetantur l. si quis 12. §. 2. & §. 1. in partem 21. l. impensa 45. ff. d. t. l. quasi- sum est 17. in pr. ff. de Bon. auct. Jud. possid. Clariss. D. de Bassis p. m. in semi-centur. contrrov. 8. num. 4. & 5. dummodò factæ non fuerint ex mera pietate, sine animo eas repetendi l. et si 14. §. 7. ff. de Religios. & sumpt. Funer. Stryck 255 ibid. §. 7. III. Medici, chirurgi, pharmacoplaæ, qui medicinam suppeditarunt debitori, uxori, vel liberis in ultima infirmitate, ex qua decesserunt, per textum in l. in restituenda 3. Cod. de Petit. hared. l. legatum 3. Cod. de Religios. & sumpt. Funer. D. de Bassis cit. l. num. 2. 256 & 3. IV. famuli, ministri, & officiales domesticæ, specialiter à debitore conducti, ratione salarii vel mercedis ipsis debentur; quibus non quidem Lex expressa prælationem concedit, sed partim consuetudines, partim statuta locorum, quæ plerumque variant, uti testatur faciunt Richter de Fur. & Privileg. credit. cap. 2. membr. 3. per tot. D. de Bassis cit. semi-cent. contrrov. 9. n. 7. D. ab Arnold cit. tract. de Priorit. Cred. Classe 1. n. 3. & seqq.

II. Classis Creditorum.

257 **I**n secunda classe reperiuntur creditores hypothecarii, speciali Juris prærogativa & prælatione muniti; quòd spectat I. Fiscus, cui non tantum primatus competit in causa primipili, de qua in num. 48. sed etiam in causa tributorum, collectarum, & præstationum publicarum l. venditionem 1. Cod. Si propter publicas pensat. ubi Brunnem. n. 1. Richter cit. Cap. 2. membr. 5. n. 5. & seqq. Lauterb. ad tit. ff. in quib. caus. §. 9. D. ab Arnold cit. tract. classe 2. num. 1. pag. 40. Imò in contractibus quoque prælationem habet, non quoad omnia bona, sed quæ post debitum fiscale sunt acquisita l. si qui mihi 28. ff. de F. F. Zoëf. ad tit. ff. Qui potior in Pign. n. 15. D. ab Arnold d. l. n. 4. pag. 45.  
 259 II. præcedentiam habet mulier & ejus descendentes ratione dotis, in maritum translata, præ reliquis creditoribus, hypothecam anteriorem tacitam habentibus §. fuerat antea 29. Inst. de Action. l. ult. §. 1. Cod. Qui potior 260 in Pign. An etiam præferatur creditoribus, anteriorem hypothecam expressam habentibus? Aneeps & insignis est quæstio, in qua pro affirmativa sententia post Myungierum cent. 4. obf. 13. ubi præjudicium Cameræ refert. Bachovium lib. 4. cap. 12. n. 1. & alios pugnant Clariss. D. Collega Franz in Jurisprud. 261 quintupl. q. 13. d. n. 6. pro negativa verò, quam sæpius à S. Rota Romana decisam esse, traditur in annot. ad Decis. Rota in Recensor. part. 4. tom. 3. decis. 666. num. 94. & seqq. ac in praxi receptam, docet D. ab Arnold d. classe 2. n. 15. pag. m. 54. Itant Richter cap. 3. sect. 1. d. n. 10.  
 262 & alii. Quidquid verò sit de praxi, opinionem affirmativam in theoria jure prælationis gaudere, censeo l. propter textum lueulentium in cit. l. ult. in pr. & §. 1. Cod. Qui potior. in Pignor. ubi Justinianus, ut mulieribus impen-

258 **f**issimè faveret, ac earum dotem servare incolumem, indefinitè sancivit, illas potiora Juris contra NB. omnes habere mariti creditores; licet anterioris sine temporis privilegio vallati. II. 263 propter textum in Nov. 97. cap. 3. ubi laudatus Imperator quæstionem proponit, an mulier præferatur creditoribus, qui creditorum in domum, aliamve rem emendam, aut restituendam, ex ea dubitandi ratione: quia constat, mulierem in aliis quidem prævalere creditoribus, quicunque non talia præcedunt; quæ dubitatio & quæstio malè fuisset mota, si non supposuisset Imperator, mulierem præferri creditoribus anterioribus, hypothecà expressà gaudentibus: cum & illi, qui crediderunt in domum aut rem aliam, jus prælationis non habeant, nisi de expressa sibi hypotheca profixerint. III. propter textum in Nov. 109. 264 cap. 1. ubi rursus Justinianus sine discrimine pronuntiat, quòd dederit privilegium mulieribus ut etiam prioribus creditoribus præponantur.

